





2n

QVAEDAM
AD
EVRIPIIDIS HIPPOLYTVM
NOTAE

QVIBVS
AD ORATIONES VIII
IN SCHOLA TORGAVIENSI
HORA III POMERIDIANA
B. XI ET D. XIII APRILIS MDCCCCLXXXVII
BENIVOLE AVDIENDAS
PATRONOS ET FAVTORES
INVITAT
TRAVGOTT FREDERICVS BENEDICT
AA. LL. MAGISTER ET LYCEI TORGAV. RECTOR.

TORGAVIAE,
EX OFFICINA KVRZIANA.

OVAE DAM

AD

HYRIPIDIS HIPPOCYTAM

NOTA

OMNIBUS

AD ORATIONES VIII

IN BEATA TORONIA

NOVA IN POMERANIA

D. XI ET D. XIII APRILIS MDCCCLXXXVII

BENIGNE AUDIENTIAS

PATRONOS ET FAVTORES

INVITAT

TRAVGOTT FREDERICVS BENEDICT

MD. LL. MAGISTER ET PVDIC. TORONIA. RECTOR.

TORONIAE

EX OFFICINA R. B. B. N. A.



v. 1079: θεῖς γυναικῶν λυμεῶνας ἤδετο
ξένος κομίζων, καὶ ξυναικέσας κακῶν.

Quaeritur, quo sensu h. l. vocabulum: ξυναικέσας accipien-
dum sit. Musgravius quidem emendare voluit: ξυν-
αίεσας, καλῶν et illud: καλῶν retulit ad: γυναικῶν, sed eadem manet
difficultas, quia ξυναικέσας de viris proprie non adhibetur, sed
de mulieribus. Quamquam igitur interpretes fere omnes illud:
ξυναικέσας de viris, male corruptentibus mulieres, interpre-
tantur, usui tamen linguae magis convenire videtur, si illud
vocabulum proprio sensu de mulieribus adhibetur, quae cum
pravis hominibus h. e. cum adulteris una habitare gestiunt.
Apte enim haec dicere potuit Theseus, quia Phaedra, ne cum
Hippolyto, quem adulterii accusabat, una habitare cogeretur,
propterea adeo mortem sibi conscivisse videbatur. Ablegat igitur
Hippolytum ad eiusmodi adulteras, quae cum ipso in una
domo habitare non recusent.

v. 1081: αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρυῶντι ἐγγυς τόδε.

Reiskius, cum verbum ad illa: πρὸς ἧπαρ omissum censeret, le-
gendum putat: πρὸς ἧπαρ ἔσπει. Valkenarius eadem de causa
emendat.

emendat: *δύει πρὸς ἦπας*, et Brunckius, quia in Sophoclis Aiace simile quiddam legebatur, edidit: *χωρεῖ πρὸς ἦπας*. Quia vero non minus sequenti particulae: *ἐγγύς* verbum, ad quod referatur, deest, concedi potest, in hac oratione affectus plena etiam ad illa: *πρὸς ἦπας* verbum necessarium, quod requirebatur, omissum esse. Huc accedit illa Graecorum consuetudo verba: *ἐχέσθαι*, *ἠκείν*, *ἠκάνειν* etc. in aliis etiam locis omitendi; nam tale verbum h. l. suppleri debere, ipsae virorum doctorum conjecturae demonstrant.

v. 1089: *Φεῦ εἰδ' ἦν ἐμῶν τὸν προσβλέπειν ἐναντίον
σάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πόνησμεν κικιά.*

Huius loci varia affertur interpretatio. Musgravius eum ex Orphica disciplina explicandum censet, qua (sicut postea in Pythagorica tradebatur,) homo se ipsum saepe contemplari iubetur. Ergo illud: *ἐμῶν τὸν* explicat: *animum meum*. Sed Brunckius recte obiecit, nimis longe petitam esse hanc explicationem. Heathius putat: Hippolytum in his verbis dolorem suum tanquam rem nonam respicere, ideoque ipsum optare, ut hunc dolorem non solum sentiat, sed et videat. Eandem explicationem quoque Brunckius amplectitur et addit, locum huic geminum esse in Hecuba v. 807, 808 (ed. Barnef) — *ὡς γλαφείς τ' ἀποσαθείς ἰδὲ με; κνώσθησον, εἰ ἔγω κικιά.* In quo loco tamen Hecuba non se ipsam tristitia oppressam adspicere cupit, sed Agamemnonem potius rogat, ut accuratius cognoscat ipsius miseriam. Reiskius emendat: *εἰ ἐπάτησμεν κικιά* et explicat de ipso Theseo. Optare enim Hippolytum, ut adstitisset tum Theseus tanquam testis, suaeque vidisset mala, cum a Phaedra male tentaretur. Quam interpretationem Brunckius iure frigidam habet, nam nullas certe lacrymas tum ab Hippolyto effusas esse legimus. Valkenarius etiam cum aliis interpretibus hunc locum

locum habet obscurum et putat, hanc forte explicationem admittere posse: *tum demum lacrymas profunderem, si tanquam alter idem in eadem incidissem mala.* In qua quidem explicatione nimis artificiosa Scholiastæ sententiam, quamvis eam non attulerit, secutus est. Equidem puto, illam interpretationem, quæ Lascaris editioni, ut docet Valkenarius, a viro quodam docto in margine adscripta erat, omnium esse verissimam: *Utinam hic esset aliquis, qui meas lacrymas et mea mala respiceret!* Hippolytus enim, qui iam antea verbis suis misericordiam mouere studuerat, eodem consilio loqui pergit, et quia videbat, immotum et crudelem manere patrem, optat sibi, nunc soli relicto, ut aliquis adster suæque calamitatis et lacrymarum sit testis non immotus. Pater autem in responsione sua Hippolyti inuertit consilium, et quamquam Theseum respexerat immotum, tamen obiicit, Hippolytum semper nimio sui amore et veneratione laborasse; sicut nunc quoque sui rationem haberi velit. In his autem Thesei verbis omnino cum Musgrauio putem, Theseum, sicut in aliis eius verbis, antea prolatis, factum est, Orphicam respicere disciplinam, qua imbutus erat Hippolytus et quæ sui ipsius venerationem in quolibet homine postulabat.

v. 1128: ἐξῆτα δ' ἦδεα τὸν ἄνευρον
μεταβάλλομένα χρόνον αἰεὶ —

Musgranium offendit huius loci sententia, quia ineptum videatur, Chorum quotidie mores suos mutare velle, quare legi iubet: τὸν ὥρων μεταβάλλομένα χρόνον, *tempestivo tempore mutans.* Sed defendi poterit huius loci sententia, si illud: ἐξῆτα ἦδεα interpretamur: *mores, qui propter honestatem nullam molestiam afferunt, nullaque obiiciunt impedimenta, qui ubique laudantur et probantur.* Simili fere significato occurrit vocabulum: ἐξῆδιον in Hecuba v. 1247, 1248 (ed. Barnet.)

τάχ

αὐτῶν οὐκ ἔστιν ὑμῖν ἐξέδιον ζενοκτονεῖν,
 ἡμῖν δὲ γ' ἀρχαῖον τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.

Forte inter vos hospitis caedes habetur expeditum et honestum facinus, nobis autem Graecis est turpe. Quo loco vocabulum: ἀρχαῖον illi: ἐξέδιον oppositum meae interpretationis veritatem confirmat. Porro illa mutatio, quae nostro loco in vocabulo: μεταβαλλομένηα indicatur, non ipsos mores honestos spectat, sed variam illorum exercitationem et usum, cum prudentia coniunctum. Tunc etiam quadrat lectio recepta: τὸν ἀνθρον — χροῖον, tempore crastini diei h. e. quotidie. Quia enim singulus dies varia nobis fata affert et novis nos negotiis implicat, nostri etiam mores rebus tam diversis, quibuscum cingimur, apto modo quotidie sunt adcommo- dandi; in quo inprimis peccaverat Hippolytus, virtutem suam cum aliorum contemptu exercens. Superbia autem, si vel virtutis studiosum inficiat, semper est odiosa, sicut antea senex ille Hippolytum monuerat v. 93 et sqq. — Ceterum ex illo: μεταβαλλομένηα simul apparet, minus necessariam esse Barnesii coniecturam, quam sub initium Antistrophes v. 122 in verbis: ἐὶθ' ἐμοὶ εὐξαμένηα — suadet, ut legatur: εὐξαμένηα.

v 138: δερμὸς τ' ὄρειος, ὄθι κινῶν
 ὠκυπόδων ἐπέβας
 θεῶς μετὰ θῆρας ἐναίμων.

Interpreses h. l. suspectum habuere vocabulum: θεῶς, quod nulum sensum afferat aptum, cum statim sequatur: Δίκτυναν ἀμφι σεμνάν. Valkenarius iam adnotavit, Scholiasten illud: θεῶς ad: θῆρας retulisse et explicasse: τὰς ὑποτεταγμένας τῇ Ἀετῆριδι. Tunc autem traiectione particulae: μετὰ opus esset, ut ad: κινῶν possit referri. Praeterea etiam: θεῶς θῆρας potius indicaret feras
 Dia.

Dianae sacras, quas occidere nefas habebatur. Reiskius secundum Valkenarium huius loci emendandi causa commentus est inaudita; nam legere voluit: ἀνωπόδων ἐπέτα θεός μετά θήρας ἐνάσιων. Musgravius emendare voluit: ἐπέτας ἐδοίς μετά. Sed formam verbi: ἔθω minus frequentem vix admittere licebit in Euripide. Brunckius plane deleuit vocabulum: θεός, ut liberiorum additamentum; sed librorum auctoritate destituitur. Forte igitur vocabulum: θεός cum illo: θεῶν, *celeriter currens*, mutari debet. Ita apud Homerum Iliad. 9, 331 de Aiace, Teucrum fratrem defendente, legitur: ἀλλὰ θεῶν προσβῆ, *accurrens ante eum consistit*, et Iliad. 2, 54 de Agamemnone: ἄριστος ἦλθε θεῶν, *accurrebat celeriter*. Quare etiam nostro loco non ineptum esset: ἐπέτας θεῶν; sed tunc quoque copula: τε post: θήρας inferenda videtur, ut iam huius loci verba ita legamus: ὄδι μινδῶν ἀνωπόδων ἐπέτας θεῶν μετά, θήρας ἐνάσιων. — Sed quamcunque emendationem h. l. praeferre malueris, verba tamen Antistrophes v. 1150, 1151: νυμφῖδα δ' ἀπόλωλε λέχη Φυγῆ σῆ minime illis loci nostri verbis, quod metri rationem attinet, accurate respondebunt; id, quod de ipsa etiam Brunckii emendatione fateri debemus, qui potissimum utriusque loci metrum respexit. Videtur autem in illis Antistrophes verbis aliquid deesse, sicut Marklandus iam iudicauerat, quamquam eius emendatio: ἀπόλωλεν Εὐπατρίσ' αἴτι Φυγῆ σῆ — κόρας a genuina Codicum lectione nimium quantum recedit. Longe facilius nec inepta huius loci emendatio esset, si vocabulo: Φυγῆ cum vi singulari bis posito, legeremus: νυμφῖδα δ' ἀπόλωλε λέχη Φυγῆ σῆ, Φυγῆ σῆ. — Supra v. 1135 similis repetitio verbi: εἶδομεν adfuerat: εἶδομεν, εἶδομεν ἐκ πατρὸς ἀργείας, et vocabulum illud: Φυγῆ reperitum legimus in Hercule Furante v. 1081: Φυγῆ, Φυγῆ, γέροντες ἀπόπροσδομίτων διώκετε —

Non

Non nego, mihi valde aridire illam emendationem, ut verba
Φυγῆ σᾶ repetantur. Non solum enim apparet, quam facile
librariorum negligentia omitti potuerint, sed tunc etiam, si ad-
duntur, utroque loco et in Strophe et in Antistrophe versus to-
tidem temporum occurrunt, si illos in Antistrophe ita distin-
guimus:

νυμφίαι δ' ἀπόλωλε

λέχη Φυγῆ σᾶ, Φυγῆ σᾶ —

v. 1175: πρὸς τᾶ; δι' ἐχθρῶς μὲν τις ἦν ἀφιγμένος —

Melius esse videtur, ut propter orationem contextam lega-
mus: ἐφιγμένος, *impetum faciens, laessens*. Nam eo respiciunt
adiuncta: δι' ἐχθρῶς. Verbum autem: ἐφινέμεν significationem
quoque habere cognatam illis: ἐφομαῖν, ἐπαύσσειν, ἐπισέμεσθαι,
patet ex loco Homeri Iliad. XIII, v. 613: ἄμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο;
ubi pugna Menelai et Πισανδρί cominus inita commemoratur.

v. 1208: τὴν εὐθὺς Ἀργεὺς καὶ πίδαυρίας ὁδὸν —

Lectio plurimorum Codicum affert: καὶ πίδαυρίας. Valkenarius ex
unico Florentino, sicut Brunckius testatur, edidit: καὶ πίδαυρίας
ὁδὸν, et ad haec verba suppluit: καλεμένην. Sed statim apparet,
quamvis Brunckius hanc emendationem admisit, frigidum
nimis sensum existere, si Theseum servus de re notissima com-
monefecerit, ut via Argos ducens etiam via Epidauria dicatur.
Defendo igitur lectionem vulgarem: καὶ πίδαυρίας, quia non so-
lum: Ἐπίδευρος sed etiam Ἐπίδευρία est huius urbis nomen. Ita
apud Strabonem legitur lib. VIII, pag. 368, ed. Casaub. εἰ δὲ
(sc. Ἐρμειονικὸς κόλπος) εὐθιύτερος τᾶτα (sc. τᾶ Ἀργολικῆ κόλπου) μέγιστα
πρὸς Ἀργεὺν καὶ τὴν Ἐπίδευρίαν. Ergo Euripidis verba apte veriti
possunt: *via, quae et Argos et Epidaurum ducit.*

v. 1299: — Φανεράν δ' ἔρχες ἣ ἄταν.

Quia

Quia in hoc versu anapaesti loco male legitur: ἔχες, de sanan-
do huius versus metro varias interpretes excogitarunt emenda-
tiones. Marklandus quidem legi iubet: Φανεράν δ' ἔχες ἀταν.
Valkenarius emendavit: Φανεράν δ' ἔχες ἀταν. Sed illud: ἔχες est
forma verbi minus consueta. Brunckius metro consuluit trans-
positiis verbis: Φανεράνδ' ἀταν ἔχες. Putem lectioni Codicum
minus detrabi, si particula: γέ inserta, cuius vim h. l. quislibet
facile animaduertet, ita haec verba legamus: Φανεράνδ' ἔχες
γ' ἀταν. Satis autem constat, adnotante Doruillio ad Charito-
nem pag. 300 ed. Lipsf., literam: γ' saepe a librariis siue etiam
a lectoribus, qui verba quaedam recitent, omissam esse.

v. 1311: — τῆς γαῖς ἐχθρῆς Θεῶν
ἡμῖν, ὅσαισι παρθένης ἦδονῆ,
διχθεῖσα κέντροις —

Musgrauio placet legere: παρθένης ἦδονῆ. Sed haud dubie docti-
or et magis exquisita est lectio recepta: παρθένης ἦδονῆ. In vo-
cabulo autem: διχθεῖσα emendando Valkenarius quidem, cum
notam doctissimam elegantique eius doctrina dignissimam huic
loco adiceret, demonstrasse mihi videtur, quid Euripides in
hoc loco scribere debuerit, sed nondum tamen emendatio eius,
ut pro illo: διχθεῖσα legatur; πλιγείσα, sine librorum auctori-
tate est certa. Hoc non facile quisquam negabit, vocabulum:
δάκνυσαι plerumque sensu sinistro poni, ut simul graues dolo-
res, siue in animo siue in corpore pedetentim orri, indicentur.
Sed vocabulum: πλιγείσα, quod magis de repentino animi
motu adhibetur, h. l. tanta cum vi non poni poterat de Phae-
dra lentis animi doloribus propter amorem infelicem sibi tan-
dem consciscere mortem coacta. Porro illud: δάκνυσαι de tot
rebus noxiis, sicut latinum: *morderi*, usurpatur, ut etiam vo-
cabulum generis: *vulnerare*, in utraque lingua hoc verbo indi-

B

cari

cari possit. Si igitur illud: *δηχθείσα* in nostro Euripidis loco tam lato sensu positum putamus, minus offendet lectorem, a poeta Phaedram stimulis amoris vulneratam dici, cum in primis etiam vocabulo: *κέντροις* non proprio sensu sed tropico usus sit. Nam satis constat, si plura verba adhibuerint translata scriptores in eodem loco, non raro diversam rei comparatae similitudinem, si illa vocabula accuratius inquiruntur, inter se minus cohaerere. Quod quidem vitium, nam in laude scriptoris eerre poni non potest, cum poetis potissimum adhaeserit, ne ab ipsa quidem Euripidis dictione in omnibus locis est remotum. Talem puto locum supra de graui eiusdem Veneris imperio allatum v. 566: *δείνα γὰρ τὰ πάντα ἐπιπνέει μέλισσα*
οἴα τις πεπόταται

Verbum enim translatum: *ἐπιπνέει* proprie a venti vehementis flatibus, qui vel perdunt et destruunt res- obiectas vel vitam et agilitatem instillant, (ut de Borea Homerus Iliad. ε, v. 696, 697 cecinit,) depromptum Veneris affectibus, amorem siue laetum siue perniciosum instillantem, bene adcommo- datur. Sed minus apte de eadem Venere illud: *μέλισσα δ' οἴα τις πεπόταται* proxime adiectum legimus, nisi sensu latissimo vocabulum antecedens: *ἐπιπνέει* explicetur: *afficit, tangit*. Quo significatu alteri metaphorae ab apis omnium generum flores degustantis volatu repetitae minus aduerfabitur.

v. 1321: *φουδεις γεωφῶς ἔτευξε, καὶ διήλεσε* —

Quia in uno Codice legebatur: *γεωφῶς ἔτευξε*, ita etiam Brunckius edidit. Sed vereor, ne ex interpretamento orta sit lectio: *ἔτευξε* et mihi videtur adhuc vulgata cum Beckio, V. Cel. defendi debere, quia figuram illam, *παρηγημένον* dictam, non solum alii scriptores Graeci, sed multis etiam locis Euripides ornatam orationis causa frequentarunt.

v. 1324:

1. bulli v. 1324: τὸν δὲ ἀκῶσας, ὡς αἰ ἐμῶξης πλέον.
ἀσθὲν ἰστίον δὲ ἀσθὰ πατρὸς τρεῖς ἀκῶς ἔχων σαφεῖς.
ὡν τὴν μίαν παρτίδες, ὃ κάμισε σὺ —

Lectionem: ἐμῶξης interpretes iure suo ex Codd. receperunt. Inepte autem vulgatam: ἐμῶξῃ ut magis Atticam defendit Scholiaſtes. Nam certe Euripides cum aliis ſcriptoribus Graecis ſæpius forma huius verbi actiua uſus eſt. Quia vero antecedentia: τὸν δὲ ἀκῶσας cum ſequentibus, ſicut etiam Scholiaſtes obſervauit, arcte coniungi debent, comma illud ante: ὡς eſt tollendum. Vocabulum: ἀκῶς multi male vertunt h. l. *imprecationes*, cum tantum triplices illae *preces* indicentur, quibus ſibi auxilium Neptuni optauerat et quarum argumentum a Graeco Scholiaſte ad v. 899 commemoratur. Quare Scholiaſtes ad h. l. quoque illud: εὐχῇ ad explicationem vocabuli: ἀκῶς adhibuit. De rariore verbi: παρτίδες ſignificatione veram puto Scholiaſtae interpretationem: παρτέμυφος, tranſtulſiſti. Sed ex oratione contexta ſimul apparet, particulam: παρὰ cum hoc verbo compositam in noſtro loco vim ſuam ita quoque exferere, ut verbum ſenſu ſiniſtro poſitum indicetur: *male et damno tuo tranſtulſiſti*.

v. 1332: — ἔδ' ἠλεγγῆς, ἔχρονό μανῶ
σκέψω γ' ἐνέμωας —

Brunckius lectionem duorum Codicum: σκέψω παρτίδες praefert. Sed accedo ſententiae Valkenarii, qui putat hanc duorum Codd. lectionem fuiſſe editionis prioris, deinde lectionem elegantiore: σκέψω γ' ἐνέμωας Euripidem in editione poſteriore poſuiſſe. Hoc tamen addere liceat, melius forte legi: σκέψω γε νέμωας, ut participium illud: νέμωας cum verbo: ἠλεγγῆς, ſenſu ita poſtulate, arcte cohaereat. Tunc etiam lectio plurimorum



librorum: ἢ ἠλεγχέας, est retinenda, neque cum Brunckio illud: *ὄχι ἠλεγχέας*, unius tantum Codicis auctoritate praeferi debet. Nam sensus horum verborum est: *et ne parvo quidem tempore inquirendo sceleris eum conuicisti*. Particulam: γὲ etiam aliis locis Euripides ad metrum versus fulciendum adhibuit, ut v. 1052 et v. 1350. Quicumque autem lectionem: *σκέψιν παρέσχεας* praetulerit, certe fateatur, priori loco illud: *σκέψιν παρέσχεας* poni debuisse, quam alterum: *ἠλεγχέας*, quia causae cognitio ipsam sceleris patefactionem antecedit. Quae autem opponi non possunt, si legeris: *σκέψιν γὲ νεύμας* cum illo: *ἢ ἠλεγχέας* arte coniunctum.

v. 1388: ὁ πατὴρ εὐὲ δύσενος ἀρεῶν
 μιαιφόνων τε συγγόνων.
 παλαιῶν προγενετῶρων —

Egregia est Reiskii coniectura, quam doctissimi interpretes assensu suo comprobarunt, ut v. 1389 et 1390 transponantur. Quamdiu tamen Codicum auctoritas deest, aliam interpretationem sequi, tutius esse videbitur. Non male Scholiastes verba: *μιαιφόνων τε συγγόνων* de illis *Pallantidis*, Thesei patruclibus, intelligit. Qui cum, seditione excitata, Theseum bello petissent, (conf. Scholiastes Hippolyti ad v. 35, quare etiam: *μιαιφόνων* appellari potuerunt,) a Theseo interficiebantur. Haec explicatio propterea etiam commendatur, quod ita Hippolytus propter pietatem Thesei, patris sui, culpam minuere videtur, cum non solum Thesei sed antea etiam cognatorum infensorum dirae et caedes nondum expiata hanc ipsi calamitatem accelerauerint. Tunc verba illa: *παλαιῶν προγενετῶρων* ab antecedentibus distinctione maiori separanda et cum sequentibus: *ἐξολεθραμικῶν* arte connectenda sunt. In quibus explicandis in memoriam reuocari debent Tantali aliorumque Hippolyti maiorum scelera, quorum culpam et poenam nunc sibi impostam esse queritur. —

Si

Si autem liceret illud: σύγγονοι sensu latiori de iis etiam explicare, quos ante tempora nostra viuentes cognatione nostra attingimus, longe faciliorem et meliorem haec verba interpretationem admitterent. Iam enim verba: παλαιῶν προγεννητόρων illi: συγγόνων explicationis causa essent adiecta et duo verba: ἀρετῆ καὶ κακῶν cum verbo: ἐξερχεται coniungerentur; quam quidem interpretationem illa interpungendi ratio, quam Brunckius in his verbis secutus est edendis, suadere videtur.

v. 1393: ἔμολ' ἐπ' ἐμέ τί ποτε, τὸν ἄδην
 ὄντ' ἐπειτίων κακῶν;

In Heruagiana legitur: ἐμολέτ' ἐμέ. Quae lectio ferri posset, si ita haec verba distinguerentur: ἐμολέτ' ἐμέ. Nam interdum particulae: πρὸς et: ἐπὶ omittae sunt. Ut: In Rhefo v. 223: ἦξω πρὸς ὄπας, πρὶν Φάος μολεῖν χθόνα. Apud Pindarum Nem. Od. VII, v. 50: τοὶ γὰρ μέγαν Ὀμφαλὸν εὐεκόλπη μολεῖν χθόνος et Od. X, v. 66: ἔμολεν Ἥρας εὐάνορα λαόν. Quia vero haec dicendi forma Euripidi est minus sollemnis, Brunckii emendationem amplector, Codicum quorundam auctoritate stabilitam.

v. 1396: πῶς ἀπαλλάξω βιοτὴν ἐμὴν
 τῷ ἀναλγήτῃ πάθει;

Brunckius, quia absurdam habet lectionem receptam: ἀναλγήτα, coniecturam Musgruui: ἀναλγήτα, ἀναλγήτης, tanquam certissimam recepit. Sed pace summi viri adnotare licet, pugnam quandam Euripidis verbis inesse videri, si coniecturam Musgruui admittimus. Quis enim a dolore insanabili vitam liberare poterit? Ergo tunc etiam absurda Hippolyti verbis sententia inesset, si liberatio a dolore insanabili optaretur. Meliorem igitur interpretationem suadet lectio recepta: ἀναλγήτα πάθει, a dolore, qui propter magnitudinem mihi omnem sentiendi facultatem eripit, et cuius vehementia animus mihi deficere incipit. Quae quidem lectio illa etiam Euripidis consuetudine, contra-

ria contrariis copulandi seu figuram Oxymoron frequentandi confirmatur. Simili de causa etiam infra Valkenarii coniectura ingeniosa in v. 1415 mihi admodum placet, ut ex Codicum quorundam vestigiis legatur: *αἰεὶς ἄντας ἡμᾶς ἀδειτ', ἡδ' ἄμυμῖα*. Nam more suo poeta tunc unam tribus opposuisset. Sed Codicum antiquiorum auctoritas adhuc prohibet, quo minus hanc viri summi coniecturam statim recipere liceat.

v. 1423: τί δ' ; ἔκτανες τ' ἄν μ', ὡς τὸτ' ἦδ' ἀεγμμένος.

Valkenarius cum Reiskio coniecit: *ἐκτανες γ' ἄν* — neque quam negabit, aptam esse hanc emendationem. Quia vero in his aperte sententia verborum intenditur et Hippolytus propter antecedentia Thesei verba indicare vult, non Thesei diras tantum sed mortem adeo violentam sibi pro magnitudine irae eius timendam fuisse, commodum adhuc sensum fundunt illa: *ἐκτανές τ' ἄν μ', me adeo interfecisses, nisi diris mihi perniciem paratum iri sperares.* Eodem respicit Scholiastae explicatio: *ἐφ' ὅθεν σῶσ' γὰρ ἄν με καὶ χλοῆς ἀντῶν*, ut ita lectio Codicum recepta confirmetur.

v. 1426: Οὐδ' εἶθ' ἦν ἀέθιον δαίμοσι θεοῶν γένος.

Quamquam summa Hippolyti pietas multis locis praedicatur, haec tamen satis impia animo suo contra Venerem exacerbato adcommodate proposuit: *Utinam liceret mortalibus exsecrari Deos.* Ita enim illud: *ἀγαῖος* actiue etiam ponitur in Medea v. 608 et in Iphigenia Taur. v. 778. Nimum autem Hippolyti odium, quod contra Venerem alebat, pluribus locis indicatur, ut v. 132: *λέγει ἡρώδην δαίμωνων πεφικέναι*. Apūissime igitur optat, ut diris hanc Deam deuouere liceat, qui nunc propter diras, ille infligante, prolatas se periturum sentit. Iratorum autem est, in uniuersum de omnibus dicta quaedam proferre, quamuis de uno vel

vel altero tantum sint intelligenda: quare de sola Venere explicentur, quae Hippolytus iratus de Diis dixit. Minus placet Valkenarii emendatio: *ἔστ' ἢν ἀθάσιον* — *siccine erat mortale genus Diis execrabile?* qua sententiae huius impietatem mitigare voluit. Ipse quidem alio loco in notis ad Phoenissas v. 527 ex Plutarcho docuit, apte Euripidem honestis hominibus pios, minus honestis vero impios sermones affinxisse, quia ille, ut Aristoteles animadvertit, non, quales esse debeant, sed quales sint, homines descripsit. Duram vero sententiam in his Hippolyti verbis contineri, proxima etiam Dianae responsio: *ἔατον* etc. quodam modo indicat, ne amplius tam impia proferre pergat.

v. 1430: *αἷς ἐνοσσεύεται καὶ γὰρ τῆς Φρενὸς χάρις.*

Valkenarius hunc versum h. l. omittendum censer, quia infra v. 1465 propemodum iisdem verbis repetitur. Sed tenendum est, non ab eodem hanc repeti sententiam. Nam nostro loco Diana, altero Theseus loquitur. Qua ratione vim atque dignitatem singularem haec sententia accipit, quia et homines et Dii in laudanda Hippolyti integritate consentiunt. Praeterea etiam aliis in locis non dissimilis sententiarum repetitio occurrit. Quae enim supra Theseo irato Hippolytus v. 1066 obiecerat: *ἔδὲ πῖσιν, ἔδὲ πάντων Φήμαι, ἐνέ γέρας*, eadem fere verba v. 1331 Diana repetit, ut maioris ponderis essent illae Hippolyti querelae.

v. 1437: *κόμας κεῖνται σοι δι' αἰῶνος μακροῦ,*

πένθη μέγιστα δακρύων καυπόμενα.

Emendationem Valkenarii elegantissimam: *καυπόμενα*, ut vocabulum illud ad Hippolytum referatur, cum Mus grauius etiam Brunckius recepit. Argumentum, quo Valkenarius ad hanc emendationem impellebatur, in eo cernitur, quod vocabulum: *καυπόμενα* apud Graecos, sicut Lat: *frui* sensu bono de re laeta

pona-

ponatur. Negari tamen nequit, interdum quoque illud vocabulum de re truci et mala sinistro sensu adhiberi. Inter fragmenta ex Oedipo Euripidis quartum, quod a Musgraviaio afferitur, hoc est:

εἰμασμένον δὲ τῶν κακῶν βαλεμμάτων

κακὰς αὐτοβάς ἐστι καὶ πῆδον βροτῶν.

Ubi aperte vocabulum: καὶ πῆδον sensu sinistro adhibetur. Plura exempla attulit Doruillius in notis ad Charitonem pag. 541 ed. Lips. Quare illa Valkenarii emendatio nondum tam certa est, ut sine librorum auctoritate recipiatur.

v. 1470: ὡ κλεινὴ Ἀθηῶν Παλλάδος ὁ εἶσματα

Haec non de finibus terrae Atticae sed de ipsa Athenarum urbe eiusque moenibus sunt intelligenda. Hoc enim significato vocabulum: εἶσματα in reliquis etiam poetae locis explicari potest. Ita Scholiastes ad Hecubam v. 16, si partem de toto intelligis, bene interpretatus est: τὰ εἶσματα ἀντὶ τὰ: οἱ πύργοι, περιουσιῶς γὰρ τῆς ἐν τῇ πόλει γῆς οἱ πύργοι, et quamquam ibi statim sequuntur poetae verba: πύργοι τ' αὖ αὐτοὶ Τροικῆς ἦσαν χθόνης, haec potius aliquam moenium partem indicant, cum antea in uniuersum omnia Troiae propugnacula vocabulo: εἶσματα laudantur. Quo quidem Euripidis loco si significationem vocabuli, aliis poetae locis confirmatam, admitimus, non ulla verborum emendatione neque artificiosa nimis explicatione opus erit, qualem in notis Musgraviaii ad illum locum deprehendimus.

Ita quintam eamque ultimam notarum ad Euripidis Hippolytum conscriptarum particulam absoluiamus, quae quidem, ut statim initio dixeram, eo consilio potissimum a me sunt

177
sunt editae, ut ad ingenia iuuenum exercenda et literarum studio magis subigenda conferrent, utque illa examinandis virorum doctorum sententiis uberius excuterentur, quae in contraria huius scriptoris interpretatione tantum breuiter tingerent. Orationum vero per hos dies in Lyceo Torgauiensi habendarum haec sunt argumenta:

D. XI. Aprilis verba facient

- I) IOANNES GEORGIUS ERDMANN GVINTHER, *Gross-Roßmus*, vernacula lingua: *De exemplorum vi, in hominum animis conspicua.*
- II) CHRISTIANVS FREDERICVS JAHN, *Mariaebergens.* Latine: *De probabili consiliorum honestorum euentu.*
- III) HENRICVS AVGVSTVS JAHN, *Fribergens.* carmine Germanico: *De occultae virtutis splendore.*
- III) CAROLVS FREDERICVS UHLISCH, *Pulswerdens.* Latine: *De necessario animi grati officio.*
- V) IOANNES MARTINVS NITZSCHE, *Oebnens.* Germanice: *De laetitia ex hominis ad frugem redeuntis emendatione oritura.*

D. XIII. Aprilis:

- I) IOANNES CHRISTIANVS GOTTLIEB LEHMANN, *Caulirio-Misnicus*, Latine: *De rerum natura, ad cultum diuinum homines adducere.*
- II) IOANNES CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHRECK, *Belgoranus*, carmine vernaculo: *De dulci rerum in vita bene gestarum recordatione.*

C

III)

III) AVGVSTVS DAVIDES ANTONIVS SEIDEL, *Annaburgens.* Latine: *De factorum necessitate, vero Christi affectae non timenda.*

III) IOANNES GOTTLIEB TRAYGTT DAERNERT, *Staupitzens.* vernacula lingua: *De fide Christiana hominis sapientis animo non indigna; qui simul iuvenes in Aeademiam discessuros, sicut etiam priori die fieri solet, Commilitonum nomine valere iubebit.*

Quicumque igitur, literarum amore adductus, his oratoris iuuenum exercitationibus interesse eorumque studia favore atque indulgentia sua magis excitare velit, eius benivolentiam animo non ingrato praedicabimus. Illorum vero praesentia imprimis horum dierum sollempnitati eximium adiiciet splendorem, quibus Schola huius civitatis plurimum debet; inter quos primo loco nominamus atque submisisse rogamus ANTI-STEM SACRORVM SYMME VENERABILEM, SENATVM CIVITATIS AMPLISSIMVM, MINISTROS SACRORVM PLVRIMVM REVERENDOS atque MAGISTROS LYCEI CLARISSIMOS.

Scripti Torgaviae d. XXII. Martii cloccLXXXVII.

AB 153172

ULB Halle

3

004 076 125



TA-OL

VORP

R



20

EVRIPII

YTVM

AD

IN

B. XI ET D.

PATR

TRAVGOT

AA. LL. MA

EX O



Farbkarte #13

B.I.G.

III

XXXVII

ES

EDICT

TOR.

